



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

Cl. Beitritt des Landes und der Stadt Gardelegen zu dem Bunde vom 21.  
Dezember 1321.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](#)

**CI.** Beitritt des Landes und der Stadt Gardelegen zu dem Bunde vom 21. Dezember 1321.

In Nomine Domini Amen. Nos milites et vasalli In territorio Gardeleghe, Scabini, Consules totaque vniuersitas burgenium eiusdem Ciuitatis coram omnibus presencia visuris sive eciam ausculturis recognoscimus publice protestantes, Quod cum honestis militibus et vasallis In Aduocacia Stendal constitutis, necnon cum eadem ciuitate Stendal et Militaribus In aduocacia Saltwede, necnon eadem Ciuitate, Necnon reliquis Ciuitatibus, scilicet Tangermunde, Osterborch, Sehusen, werben atque cum omnibus militaribus territorii in iam dictis commorantibus compromisimus et nostris Juramentis affirmauimus sub hac forma uniformiter concordantes, Quod quicunque in hiis nunc prefixis Ciuitatibus similiter territorii per se vellet esse violens Judex recusans et rennens nostra Jura primordialia, actenus ut exnunc et ab Antiquo preconservata, volens manu et intendens semper iudicare violenta, videlicet rapinis, Incendiis, captiuitatibus, sive eciam violencie aliis quibuscumque, debet esse proscriptus in cunctis territoriis et ciuitatibus iam sepius prenarratis, ita quod ad compositionem vel gratiam non debeat recipi, nisi fiat cum consensu prefixarum ciuitatum necnon territoriorum et bona voluntate, hoc verumptamen interposito, si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos excessus, acquiri teneretur et debetur tribus militaribus vel quinque burgenibus sive septem villanis probis et irreprobatis. Ut autem huiusmodi suprascripta rata et illibata permaneant et ne quisquam eisdem presumat ausu temerario obuiare, presentibus Sigilla Ciuitatis Gardelegen ac Strenuorum militum, videlicet domini hennighi et Theoderisci de santerfleuen et cetera sunt appensa in sufficiens argumentum. Actum et datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXI<sup>o</sup>, In die beati Thome Apostoli.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsschives No. 50.

**CII.** Ritter Heinrich von Rochow mit seinen Söhnen verkauft dem Albert Wockenstiel das An- gefälle an Hébungen in Stendal, am 24. Juni 1322.

In nomine domini Amen. Quoniam omnia memorialiter retinere et nullius obliuisci potius diuinitatis est quam humanitatis; Idcirco expediens et discretum fore dinoscitur, ne ea, que aguntur in tempore, simul labantur temporis cum progressu, ut literarum et virorum ydoneorum testimonio perhennentur. Hinc est, quod nos Hinricus, miles, de Rochou dictus, una cum filiis nostris videlicet Wychardo, Bethokino nominis eiusdem ad notitiam uniuersorum, quibus praesens scriptum exhibitum, lectum fuerit seu ostensum, cupimus peruenire, quod viro discreto Alberto dicto Wokkensteyl, tunc temporis in Brandenburg monetario, ac sue conthorali Benedicte, domine reuerende, nec non suis veris et legitimis heredibus, immo si, quod tamen absit, predictus Albertus sine heredibus sexum ducentibus seu habentibus virilem ab hoc seculo emigraret, extunc suis filiabus, successionem honorum Conradi, dicti de Hessene, quod vulgariter Anegeuelle nuncupatur, videlicet XIV Frusta redditum in ciuitate Steyndal, sita in moneta, titulo contulimus pheodali, pariter et conferimus in his scriptis, omni dolo procul moto et occasione qualibet proli-